

tionem, perinde ac si ab eterno voluntas nostra existisset, & cum divina se formaliter condeterminasset, aut saltem Deus per scientiam mediam nostram futuram determinacionem previdisset; ex quo etiam patet, argumentum illud cum ceteris bene concludere contra ponentes illas aeternas predefinitiones omnino antecedentes consensum nostrum, etiam respectu actuum malorum, non vero contra nos, ponentes illas poenitentis concolorum.

62 Ad 2. negatur sequela cum ejus probatione, etenim ut docuerunt Chryf. hom. 1. ad Ephesios, & Damascen. lib. 2. de fide cap. 29. & lib. contra Manicheos ad finem, & cum eis Scholastici omnes respectu eorum, quae aliquo modo pendunt ex libero arbitrio creatur, voluntas divina distinguitur in antecedentem, & consequentem, voluntas antecedens ex Damasc. loc. cit. est acceptio Dei in seipso existens, sed voluntas consequens est concessio ex nostra causa, seu ut loquitur lib. contra Manicheos ad finem primaria voluntas est id, quod quispiam ex seipso vult, secundaria autem est id, quod eorum verum, quae contingunt, causa vult, non repugnat autem, aliquid velle Deum voluntate antecedenti, & primaria, & quidem efficaci, quantum est ex parte sua, quae dicitur efficacitas partialis, & inadeguata, quia executio volitae pendet etiam ex creatura, velle autem oppositum voluntate consequenti, & secundaria, ut patet de voluntate salvandi omnes. ad Timot. c. 2. vult omnes homines salvos fieri, hac enim voluntas in Deo dicitur antecedens, quia vult hominis salutem, & quidem efficaciter, quantum est ex parte sua, unde ex vi talis voluntatis illum ad salutem ordinat, & media ad salutem necessaria preparat, quibus, nisi per ipsum hominem steterit, salutem assequatur; Quia tamen non omnes de facto cooperantur, vult quorundam damnationem voluntate consequenti, inspectis nimirum omnibus circumstantiis, & ad junctis, quae circa propriam salutem quaelibet rationalis creatura est de facto appositura; & haec est voluntas secundaria, quia, ut loquitur Damascenus, est concessio ex nostra causa, id est, quaedam divina voluntas condensatione ad voluntatem nostram, ne illam propria libertate privet; sic igitur in proposito, quoad actiones pravas prohibet Deus, & vetat, haec est voluntas antecedens in Deo, non vana, & ficta, sed vera, & efficax, quantum est ex parte sua, quia quantum in ipso est, nolle malum committi, unde ex vi talis voluntatis antecedentis sufficientia praestat homini auxilia, quibus peccatum evitare possit; at tamen voluntate deinde consequente ex nostra causa vult concomitantem cum voluntate nostra, actum malum fieri ab eterno, & eadem voluntate ad illum concurrere efficiendum in tempore cum creatura; atque ita ex causa nostra vult voluntate consequenti, & secundaria oppositum ejus, quod vult voluntate antecedenti, & primaria, in quo nulla protus apparet repugnantia; argumentum vero urget ponentes predefinitiones aeternas omnino antecedentes consensum nostrum, quia quicquid sic praedestinavit Deus independentem a nostro consensu, vult antecedenter, & ex intentione primaria, nec dici potest illud velle ex nostra causa, quia statuitur decretum antecedenter omnino ad nostrum consensum, verba namque illa Damasceni concessio ex nostra causa expressè significant concomitantiam decreti, & divinae praedestinationis.

63 Ad 3. negatur sequela, ad probationem dico, non petere Deum, ut conformemur voluntati ejus consequenti, & secundariae, nam haec voluntate potius ipse se se nobis conformat, & accommodat, ne libertate privet, cum sit concessio ex nostra causa, ut loquitur Damascenus; sed petit, ut conformemur voluntati ejus antecedenti, & primariae, quia salutem nostram appetit, & desiderat, & quidem efficaciter, quantum est ex parte sua, & quia tali voluntati non conformatur homo furando, & adulterando, ideo peccare dicitur, urget vero argumentum ponentes predefinitiones aeternas antecedentes, etiam respectu actuum malorum, quia talis in Deo praedestinatio, cum antecedens omnino consensum nostrum, & eam ferat sciens, & volens, profecto talis voluntas censetur esse primaria, & ex ejus omnino intentione, non vero concessio ex causa nostra, ut ait Damasc. esse voluntatem, quae nostram determinat damnationem, & universaliter actus malos a nobis in tempore futurus.

Dices ex hoc respondendi modo, quod materiale peccati sit ad Deo vultum, sed non ab eo absolute intantum, imò quod velle Deum tale materiale non esse, sequitur, Deum quasi sub quodam genere compulsionis concurrere ad materiale peccati, vel saltem non plene voluntate agere, quod indecorum est tribuere Deo; aut ergo dicendum est, quod merè permissivè ad illud se habeat, vel si se habet positivè, quod sit ab eo absolute volitum, & intantum. Hac ratione Navarete q. 19. atq. contr. 25. & 26. probare contendit, Deum praedeter-

minare ad materiale peccati; Verum nos respondendi modus clare deducitur ex Damasceno citato, & ab omnibus Theologis recipitur, & ex Arausio. Concil. can. 33. cit. dum inquit, suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt, quod Deo displicet, si displicet, & tamen concurrat, ergo ita concurrat, ut quantum est ex se, velle non concurrere; negatur autem consequentia hinc deducta, quod ageret compulsionis, vel saltem simpliciter involuntariè, nam Deus ab aeterno liberè condidit illud decretum, vellem non concurrere cum Petro v. g. ad negationem Christi, sed potius ad confessionem, sed si Petrus pro sua libertate absolute se determinaverit ad negationem Christi, volo ad illam absolute concurrere, ubi nulla planè apparet compulsio, sed mera concessio, seu concessio ex nostra causa, ut loquitur Damascenus, ad nostram libertatem servandam, qua ratione, & determinatio Dei ab aeterno, & concursus in tempore ad peccatum una ratione dicitur voluntarius simpliciter, & alia ratione involuntarius secundum quid; quod nullum est absurdum etiam in Deo; haec enim duo concurrunt in voluntate antecedenti, & consequente, & declarari solet exemplo mercatoris in mari periclitanti, hic enim voluntate antecedente vult suas merces salvare, sed stante vite periculo illas consequenti voluntate in mare reipsa projicit, quae proinde projectio mercium dicitur simpliciter voluntaria, & absoluta, & involuntaria secundum quid; hoc, inquam, Deo indecorum non est, ut ratione suae bonitatis nolit, quantum est ex se, mala fieri, & ratione universalis gubernationis, qua tenetur, causas secundas motus suos agere, velle voluntate consequenti, & ex nostra causa illa fieri; sic enim salvatur, & summa Dei bonitas, & summa ejus liberalitas, quia vult in omnibus integrè nostram servare libertatem; Haec etiam ipsam distinctionem adhibuit D. Bon. 1. d. 46. art. 1. quaest. 2. ad ultimum, quod probat, Deum esse causam peccati, & velle malum, quia qui vult aliquid, vult omne illi annexum, ut dicendum (inquit) quod velle aliquid est dupliciter, aut voluntate antecedente, aut voluntate consequente, qui vult aliquid voluntate antecedente, vult omne annexum illi necessitati, qui vero vult voluntate consequente, potest etiam velle sine annexo.

Dices, si actus mali sunt à Deo positivè voliti, voluntate consequente per quandam condensationem, ut diximus, etiam haec sit veluti, concessio ex nostra causa, ut loquitur Damascenus, hoc esse nequit, nisi post inspectionem determinationis humanae voluntatis ad illos, haec enim de causa dicitur voluntas consequens à Damasceno concessio ex nostra causa, quatenus ortum dicit ex provisione alicujus effectus à nobis futuri, vel absolute, vel conditionatè, ut inferitis patetibz q. 5. ergo male explicatur à nobis concomitantia divini decreti, quo vult Deus positivè actum malitiae substratum per contingentiam solum eminentialem voluntatis create in divina antè provisionem saltem conditionatam determinationis nostrae voluntatis. Respond. quod quavis verum sit in hoc praesertim sensu, voluntatem antecedentem, & consequentem à Damasceno exponi, at tamen non negat, quin etiam voluntas consequens possit praefato modo explicari, quatenus est voluntas secundaria, ac veluti concessio ex nostra causa ab intentione primaria Dei omnino aliena, & quae etiam talis dicitur absolute ulla provisione determinationis nostrae voluntatis, per solum concomitantiam divini decreti ob continentiam eminentialem creatae voluntatis in divina, ut dicemus disp. 5. n. 206. 64

Quarto arguit Pennottus loco citat. sunt quidam actus, à quibus per nullam potentiam est inseparabilis ipsa malitia moralis; ergo impossibile est, illos praedestinari, nisi praedestinatio eodem malitiam. Tum 2. ad hoc, ut quis dicitur velle actum malum, necesse non est, ut velit malitiam ipsius, nam nemo aspiens ad malum operatur, sed sufficit, ut velit actum ipsum cum talibus circumstantiis, etiam nisi malitiam nolit. Tum 3. actus intrinsece malus non potest esse à Deo volitus, ergo neq; praedestinitus, probatur antecedens, quia Deus non potest velle, quod est contra gloriam suam, & contra rationem, sed actus intrinsece mali, ut actus blasphemiae, & odii Dei sunt contra gloriam Dei, & contra rationem. Tum tandem, quia Deus non praedestinavit efficaciter illud, cuius ipse in tempore non est auctor, sed Deus in tempore peccati non est auctor: ergo &c.

Respondeo pariter, haec argumenta reundi in concursu immediato in tempore exhibito ad actus malos exercecendos, ab Adversariis concessio, nam impossibile est v. g. quod concurrat immediatè Deus, & positivè ad prolationem blasphemiae, nisi etiam concurrat ad malitiam eam necessario connexionem, & cum concurrere ad actum malum sit cum velle, si non potest velle blasphemiam, quia est contra gloriam suam, neque potest immediatè, & positivè ad ejus prolationem in-

tem-

tempore concurrere; itaque illa argumenta probant duntaxat, non posse hujusmodi actus malos à Deo praedestinari praedestinatione antecedente, ac veluti ex ejus primaria intentione, sic enim planè evitari non possent, quin esset peccati auctor, & ejus causa propria, & per se dicta; non tamen probant, quin saltem concomitantè sint praedestina cū voluntate nostra, ac secundario, sicut in tempore eodem modo concurrat voluntate creatae, ad illos efficiendos, nec inde sequitur, esse auctorem peccati, vel ejus causam propriam, & per se dictam quia illa praedestinatio est quadam condensatione, vel concessio ex causa nostra, ut loquitur Damascen. Ad primum itaque potest negari antecedens, quia tota entitas naturalis blasphemiae adhuc integra manet, si proferatur ab ebrio, vel a mente, cui in tali casu nulla est annexa moralis malitia; sed concessio antecedente adhuc nego consequentiam, quia talis praedestinatio est solum concomitans; & ex causa nostra; esset autem Deus propriè, & per se causa peccati, si illud praedestinaret spontè, & ex propria intentione, non sic autem praedestinavit; imò antecedenter nedum actus malos non vult, sed efficaciter, quantum est ex se, prohibere, ne fiant, & inorte transgressores blasphemiae minatur. Ad 2. verum est, si operans illum actum velit, quoad naturalem entitatem directè, per se, & ex propria intentione, non autem si illum velit per metam condensationem; quam Deus negare nequit, cum sit causa universalis sciens causas secundas motus suos agere, ad 3. nego assumptum cum ejus probatione loquendo de volitione concomitanti, & secundaria, concedo de antecedente, & primaria. Ad ultimum distinguenda est major eodem modo.

65 Denique arguit Lezana quaest. 10. citat. quia, cum Deus sit summè bonus non est credendum, ipsum praedestinare, etiam materiale peccati, praedestinare enim aliquid est velle illud, & complacere in illo, & esse ex se causam illius, quod repugnat summè bonitati Dei, Deinde quia sequeretur, quod prima causa, & radix, in quam reducendum esset nostrum peccatum, sit divina voluntas praedestinans illud; ex eo enim prima causa, & radix, in quam reducuntur bona opera hominum, est voluntas Dei, quia per illam sunt praedestina ta, si fieri sequeretur, Deum velle fieri talem actum; & non fieri, si fieri quidem, quia illum praedestinavit, non fieri autem, quia illum prohibet. Tandem non potest Deus voluntatem creatam movere ad peccandum, etiam quoad materiale, seu actum ipsius, ergo nec potest praedestinare peccatum isto modo; & alia etiam addit argumenta, quae coincidunt cum jam solutis.

Respondeo, haec eadem argumenta militare quoque contra divinum concursum in tempore à Deo exhibitum ad materiale peccati, ut constat ex dictis n. 48. primum itaque argumentum concludit de praedestinatione antecedenti, & primaria, non vero de concomitanti, & secundaria, qua volitione concedit arguere, Deum in tempore immediatè concurrere ad materiam peccati absque ullo prejudicio summè suae bonitatis. Ad 2. eodem modo respondendum est, actus enim bonitatis praedestinavit ab aeterno voluntate antecedenti, & primaria, ad quos etiam efficiendos pariter in tempore nostram voluntatem antecedenter excitat moraliter, praesertim si fuerint ordinis supernaturalis; actus vero malos non ita voluit ab aeterno fore, sed tantum concomitantè cum creatae voluntate, imò voluntate antecedenti prohibere, ne fiant. Ad 3. jam dictum est num. 62. non repugnare, Deum aliquid velle fieri, vel non fieri voluntate antecedenti, & primaria, & oppositum velle voluntate consequenti, & secundaria; haec autem impletur, & ad executionem mandat, non vero illa, quia haec est adequatè efficax, cum consensum concernat, aut includat etiam voluntatis creatae, illa vero solum inadeguatè est efficax, scilicet quantum est ex parte Dei per modum causae partialis. Ad ultimum concessio antecedente, negatur consequentia de praedestinatione concomitanti, & secundaria, conceditur de antecedenti, & primaria.

QUESTIO QUARTA.

An ad conciliandam efficaciam divini decreti cum libertate nostra opus sit illud concipere, ut nunc egrediens à divina voluntate.

66 Diximus supra quaest. 2. num. 35. in solutione ad primum, efficaciam divini decreti optimè conciliari cum humani arbitrii libertate, si ponatur concomitans, non autem omnino antecedens usum libertatis nostrae, sive talis concomitantia firmatur ex provisione actus liberi nostri, sive conditione futuri, ut asserunt scientiae mediae auctores, sive ex conti-

nenia virtuali voluntatis eteae in divina secundum omnem ejus agendi modum, & volendi inclinationem in quocunque ponatur ordine rerum, ut nos latè explicuimus disp. praeced. qu. 3. art. 4. per totum; & haec conciliationem, ut omnino sufficientem statimus art. 5. ejusdem quaestionis. Ceterum pro exacta hujus conciliationis intelligentia, à qua majores pendunt difficultates, quae in Theologia aguntur, adhuc ulterius inquirendum est, an re vera haec divinatorum decretorum concomitantia sit sufficientis, sive hoc, sive illo modo explicetur, & an potius ad hanc concomitantiam aliquid ulterius desideretur pro exacta conciliatione humanae libertatis cum divini efficaciam decreti.

ARTICULUS PRIMUS.

Cujusdam Recentioris Scotistae placitum examinat.

Primum rationem dubitandi proponamus, & ad quaesiti resolutionem veniamus, examinandum est placitum, tum cujusdam Recentioris Scotista, quoniam pridem, quae scriberet, sua invulgavit sub titulo controversiarum Theologicarum inter Scotistas, quas in Epistola ad Lectorem ait, lucubrasset in gratiam Scotistarum, ut domesticas lites componeret, quibus compositis factior esset deinceps cum Exteris concectatio, subditque eas concessio, ac compendioso conscripsisse stylo, tum quia tum veritas sua sit, ac indivisi-bilis, facilius eam compendio fo conscripatam sermone, quam magno volumine dissolutam adinventimus; tum quia cum Subtilibus erat ei agendum, quorum solertia molestam nimis orationis prolixitatem tenuit.

67 Sed ut in primis ingenue profitemur, quid circa motum ab hoc Recentiore scribendi propositum sentiam, praemittit ex quatuor famosissimis Scholis Thomistarum, Scotistarum, Nominalium, & Averroistarum, in nulla minoris extare lites inter ejusdem doctrinae sectatores, quam in Schola subtilium; nam ubi inter Thomistas, ut quod Nominales praetermittam, & Averroistas in Philosophia, immortales, & arduè vigent controversiae de mente S. Thomae in Theologia, eò quia Summam Theologicam compendioso conscripsit stylo, quam proinde Summam appellavit, inter Scotistas, & contra paucissimas sunt, & rarissime, illeque, ut plurimum levis momenti, de mente Scoti, eo quia ipse fusiore disputavit stylo, minutissime aliorum examinavit opiniones, & principia valde inter se connexa sine doctrinae jecti, atque ideo sectatoribus ejus modicam, vel nullam circa ejus intelligentiam reliquit ambigendi occasionem, ex quo infesto, Subtilium Scholam labore hujus Recentioris pro licium domesticam compositione assumpto non ad modum indiguisset. Infero secundo, neque rationem, quam proponit, cur voluit brevitati studere, ad modum urgere, imò potius ad oppositum esse, cum enim veritas Cimeris sit involuta latebris, & brevitas sit obscuritatis mater teste Poeta, dum brevis esse volo, obscurus fio, difficulter Laconico poterit investigari stylo, hinc Aug. in Psalm. 118. hoc si planum esset, unum aliquid audiretis, quia verò obscurè dictum est, multa audiretis, cumq; Scotista Scotista sint rationem, responsum, ac replicam, copie assueti ac multiplici eruditioni, eamdem in aliis libris non nausent, vel stomachantur, dummodò sit eloquentia, & non loquentia solum, non verbis dissoluta, sed pondere rationum fundata, & ex suis principiis bene connexa, & confuta. Tum quia rursus Epitomatarum, Laconicq; Scripturibus, nec etiam indiget Schola nostra, cum in ea floreat viri in hoc genere scribendi per illustres Nicolaus de Orbellis, Petrus de Aquila, Nicolaus de Nise, Antonius Andreas ex veteribus, ex nuperis vero Joseph Angles, Guglielmus Gorris, Melchior Flavius, Balduvius Junius, Matheus Ferchius, & sex centum alii, qui solliciti stylo compendiarie Scoticae copiam concinunt. Post inspectum scribendi motum ulterius intropexi, an aliquas tractaret controversias ad hanc quam praemanibus habemus, materiam spectantes, & invenit decimam sextam, & decimam septimam, quatum prima est, An cum infallibilitate divina scientiae, sive liberi arbitrii, & quomodo. Altera vero est, an determinatio divina, seu praedestinatio inferat libero arbitrio necessitatem, quos controversiarum titulos, ut primum in sumpti, statim excusavimus non factis correspondere communi totius opusculi titulo, qui erat controversiarum Theologicarum inter Scotistas, siquidem quantum ad prima spectat controversiam, nec de re, nec de modo est dissensio, nedum inter Scotistas, sed nec etiam inter alios Scholasticos, nam quoad primam controversiam partem conveniunt omnes Catholici divinarum praedestinationis infalli-



biliter usum liberi arbitrii non impedit contra quosdam Hereticos id negantes; quoad posteriorem verò partem, scilicet de modo, neque etiam est controversia, præcipue inter Scotistas, qui præscientia Dei non est causa, quod res futurus, sed potius est contra, cum sit tantum apprehensiva re-  
 clauditionis agendorum, non autem determinativa ex Scotto p. d. 38. ad p. prim. ut dicitur in disp. 3. n. 90. & 204. ex Aug. lib. 3. de lib. arb. c. 3. & lib. 5. de Civ. c. 10. Origene lib. 7. c. 8. in epist. ad Romanos. & Boetio lib. 5. de consol. prof. 4. dicens, non ideo res esse futurus, quia præsciuntur à Deo, sed è contra à Deo præcitur, quia futurus sunt, & ideo ejus suppositio non est antecedens rerum futurationem, sed concomitans, & consequens, unde deducunt Patres, & Doctores Scholastici cum ipsis rebus futuris necessitatem simpliciter non imponere, vel consequentis, sed tantum secundum quid, & consequentia, quatenus ex præscientia Dei valet à posteriori inferre, & velut à signo rem esse determinatè futuram; quare tota difficultas reducit ad divinam voluntatem, quæ ponitur causa rerum per sua decreta, quomodo scilicet divinum decretum rebus futuris necessitatem non imponat, unde varietas in modo explicandi divinum decretum, an ponat debet antecedens, vel potius concomitans determinationem voluntatis nostræ, & an talis concomitancia sumi debeat ex prævisione actus liberi nostri sub conditione futuri, ut scientia mediæ assertores defendunt, nùm potius ex continetia virtuali voluntatis creatæ in divina decretum omnem agendi modum, ut veniunt Scotiste à Thomistis discreti, non pertinet ad modum conciliandi libertatem nostram cum infallibilitate divinæ scientiæ, de quo solum est cum Hereticis controversia, sed præcisè ad modum eam conciliandi cum efficacia divini decreti, de quo tantum est inter Scholasticos controversia, atque id ad secundam tantum controversiam spectat, non ad primam; patet itaque; illam primam controversiam nullum controversium continere punctum, nam omnes Catholici quoad rem partem tenent affirmativam, & quoad modum conciliandi usum libertatis cum divinæ scientiæ certitudine omnes patitur tenent præsertim Scotiste, ex eo præcisè conciliari, quia ipsa non facit res futurus, sed futurus supponit ex decreto divinæ voluntatis, & ideo in ordine ad res futurationem non facit suppositionem antecedentem, sed res concomitantem, sed consequentem verò efficacia decreti impediatur talem usum, ad posteriorem pertinet controversia, quæ etiam sub titulo, quo proponitur ab Auctore controversiarum inter Scotistas, nedium apud eos controversia non est, sed neque etiam extra Scholam nostram, quandoquidem omnes divina decreta admittentes, ut necessaria pro rerum futuratione, unanimitè affirmant, libero arbitrio necessitatem non inferre libertati obnoxiam, licet diverso modo id explicent, unde punctus difficultatis in illa secunda controversia non est, an divinum decretum tollat usum liberi arbitrii, nec ne, sed ad modum explicandi divinum decretum totaliter spectat, an scilicet debeat poni antecedens, vel concomitans, vel subsequens, constat itaque, nullam illarum duarum controversiarum bene proponi, ut verè, & propriè dici debeant controversiæ, præsertim inter Scotistas.

68 Sed videamus modo, quàm benè Recentior ille ambas illas resolvat controversias in prima illa controversia nempe de infallibilitate divinæ scientiæ sicut usus liberi arbitrii. & quomodo, ponit secundam conclusionem dicens, usum libertatis cum infallibilitate divinæ scientiæ non posse salvari ex continetia eminentiæ, & virtuali voluntatis creatæ in divina; aliter, esse contra Vulpium p. 1. disp. 30. ab art. 8. usque ad 12. & tom. 3. 2. p. disp. 7. art. 7. & probat, quia si ad hoc sufficiens esset continetia eminentiæ voluntatis creatæ in divina, sequeretur, omnem effectum etiam à Deo immediatè productum, esse in nostra potestate, sed hoc non est dicendum; ergo &c. probat sequelam majoris, nam voluntas divina productiva talium effectuum, quatenus illorum productiva nostram continet voluntatem, cum sit infinita, ergo si hujusmodi continetia sufficit ad salvandum liberum arbitrium, & ut effectus liberi sint à nobis, patitur tales effectus essent in potestate nostra, & à nobis cum indeterminatione illorum, sicut effectuum à nobis provenientium est equalis continetia virtualis nostre voluntatis, que est causa secundum ipsos, ut nostri effectus sint à nobis, & in nostra potestate, eque enim divina voluntas continet eminentiæ causam secundam naturalem, sicut liberam; si ergo ex illa continetia oritur libertas, etiam effectus naturales à Deo determinati erunt à nobis, & liberi. Conf. Deus liberè determinat effectus naturales, & eminentia causæ naturalis in divina voluntate non facit naturalitatem, sed ipsa causa secunda illi subiecta, ergo eminentia non facit libertatem in nostra voluntate, & in effectibus ab ipsa pendentibus, seu productis;

Tum quia in ordine determinationis non erit unum determinans, sed dualitas, quod patet esse falsum, decreta enim Dei non sunt mea, ideo non concomitantia, decrevit enim sine nobis, Deinde concl. 3. ponit radicem concordie divinæ voluntatis, & infallibilitatis divinæ scientiæ cum nostra libertate, & usum, esse divinum decretum antecedens, & à seipso determinans, quicquid voluntas nostra in tempore est liberè operatura, & hoc, quia est primum determinans, & primum liberum, & hæc præcisè de causa non impedit libertatis usum; quod probat, quia ideo voluntas nostra est libera, quia Deus constituit eam in esse libero; ergo decretum antecedens, quo vult voluntatè nostram hoc liberè facere, non minuit libertatem, imò coadjuvat, probatur consequentia, nisi sicut ad velle Dei, ut sit libera, sequitur, quod sit libera, ergo ad velle Dei, ut liberè operetur, sequitur liberè operari, sicut enim res se habet ad esse, ita ad operari; & sicut voluntas nostra in esse dependet ab alio, ita, & in operari; & in se determinatè, est ergo decretum antecedens, non in causam illa prædeterminando physicè, sed circè determinationem effectus. Tandem in proponendis, & solvendis argumentis pro parte adversa, quod ad hæc mirabilis est, nulli profus proponit argumentum, sed ad controversiam propositam, An cum infallibilitate divinæ scientiæ sit usus liberi arbitrii, & quomodo, sed tatum proponit argumenta probantia usum liberi arbitrii non stare cum efficacia decreti, præsertim si ponatur antecedens, que proinde ad controversiam decimam septimam pertinebant, ubi agit de efficacia divini decreti, & quomodo libero arbitrio necessitatem non inferat; & inter hæc argumenta proponit hoc propè finem pro concomitantia divini decreti, ut à nobis explicatur; voluntas divina continet omnes causas naturales, & liberam, omnem indifferentiam, & modum agendi ipsarumque supposito decreto, quo vult causam secundam esse, & motus eam exerceri, super talem eminentiam potest fundari ratio continetia, cum habeat, unde illa eminenter continet, & simul cum ipsa coincidat in operando. Respondet supposito decreto, quo voluerit causam agere, & effectus ipsarum fore, continet eminenter, quod nisi concedo, sed tunc decretum est antecedens, & continetia subsequens, veluti effectus ad causam; supposito decreto, quod sit possibile tantum, nego; decretum enim divinum continet nostrum, unde habet, ut simul cum nostro coincidat posse; & hinc ait, posse nos opinionè de eminentiæ continetia reducere ad bonum sensum, reducendo scilicet ad divinum decretum.

Hæc tamen resolutio illius 16. controversiæ valde implexa est, & sicut, titulo minime respondens, nam controversia est, an cum infallibilitate divinæ scientiæ sit usus libertatis, & quomodo, ipse verò tractat, quod etiam ponatur antecedens, non impedit libertatis usum, qui pectus non ad hæc controversiam 16. pertinet, sed ad sequentes; error autem inde processit, quia, ut dixi, non distinxit Auctor ille inter modum conciliandi libertatem nostram cum divina præscientia, & cum efficacia divini decreti, sed utrumque; confundit, hinc dixit, illam suam conclusionem secundam, scilicet usum libertatis cum infallibilitate divinæ scientiæ non posse salvari ex continetia eminentiæ, & virtuali voluntatis creatæ in divina, esse contra Vulpium loc. cit. quod tamen omnino falsum est, quia non fuit ille adeo hebeti ingenio, ut nulli profus discrimen posterit inter modum conciliandi nostram libertatem cum certitudine divinæ præscientiæ, & modum eandem conciliandi cum efficacia divini decreti, imò tom. 2. p. 1. disp. 30. art. 11. ubi quæsit hoc tractat, quomodo præscientia non impediatur usum liberi arbitrii, n. 7. conclus. ultima distictè hoc discrimen agnoscit his verbis, Dicimus ultimo, eum certitudinem divinæ præscientiæ ex eo præcisè rectè coherere contentiam rerum, atque etiam libertatem causæ voluntatis, quia scilicet supponit omnes res ipsas esse determinatè futuras ex decreto libero divinæ voluntatis; quod postea decretum ait, non esse antecedens, sed concomitans determinationem activam creatæ voluntatis; Quam conclusionem probat, ideo enim Deus scit res determinatè futuras, quia ipse determinatè future sunt, ergo præscientiæ Dei ideo sit certa, & infallibilis; nequit rebus futuris necessitatem simpliciter imponere, non enim est suppositio antecedens ordinis, causalitatis, futurationem earum; sed tantum concomitans; que est ratio communis Patrum, & Scholasticorum, quæ concordat libere ratem nostram cum divina præscientia, quæ tamen rationem neq; per umbram agnovisse videtur Auctor ille; Deinde sequenti probat Vulpes, neque parte divini decreti, quod à divina scientia supponitur, necessitatem absolvi tam inferri rebus futuris, quia non est decretum antecedens, sed omnino concomitans determinationem liberæ nostre voluntatis; optime ergo distinxit Vulpes rationem conciliandi libertatem nostram cum divina præscientia, à ratione, qua conciliatur

liatur cum efficacia divini decreti, dicens, divinam præscientiam non imponere necessitatem, quia non facit effectus nostros liberos futuros, sed illos futuros supponit ex decreto divinæ voluntatis, & deinde subdit, neque ipsi divinum decretum necessitatem inferre, quia licet non supponat, sed faciat effectus liberos futuros, non tamè facit illos futuros antecedentes ad nostram libertatem, sed omnino concomitantes, quæ concomitantia arguit ex continetia eminentiæ, & virtuali voluntatis creatæ in divina; Quare Vulpes nunquàm asserit, usum libertatis cum infallibilitate divinæ scientiæ salvari immediatè ex continetia eminentiæ voluntatis creatæ in divina, ut bardè nimis tribuit ei Recentior in sua conclusione secunda, sed immediatè, & formaliter salvat per hoc præcisè, juxta doctrinam Patrum, quod præscientia non facit, sed supponit res futuras, ex divino decreto; & postea usum libertatis salvat cum divini decreti efficacia, eoque non est decretum antecedens, sed cõcomitans ob virtutem continetia voluntatis creatæ in divina; & sic pariter loquitur to. 1. p. 2. disp. 7. art. ubi rursus agit de concordia nostre libertatis cum efficacia divini decreti, non autè cum infallibilitate præscientiæ, de qua non verbù facit. Ad nosse Auctor brevitati studens, noluit hæc duo distinguere, sed utrumque confundit, ut patet ex sua conclusione tertia, ubi ait radicem concordie divinæ voluntatis, & infallibilitatis divinæ scientiæ cum nostra libertate, & usum esse divinum decretum antecedens, & eandem profus rationem assignat pro concordia nostre libertatis, & cum divina præscientia, & cum efficacia divini decreti; ex qua confusione itrepsit ejusdem in resolutione illius controversiæ decimæ sextæ hallucinatio.

70 At neque ratio, nec confirmatio, quas adducit contra concomitantia divini decreti, ut à nobis explicata est disp. 5. art. 5. est aliquid momenti, ratio quidem est valde implexa, & malè confusa, & non nisi in prava intelligentia concomitantia divini decreti à nobis explicata fundata; nego itaque sequelam majoris cum ejus probatione, nempe quod voluntas divina, quatenus productiva aliorum effectuum ab ipsa immediatè manantium, nostram continet voluntatem, cum sit infinita, & reduplicativè loquedo; nam cõcomitantia divini decreti non oritur ex continetia eminentiæ voluntatis creatæ in divina, eo quod sit infinita in genere entis, sed quia est infinita in tali genere, id est in ratione potestatis volitive, & primi liberi, ut abundè explicatum est art. 4. cit. deinde etiam concessio, talem continetiam eminentiæ esse cõvenit, ut infinita est in genere entis, non sequitur, quod quatenus productiva unius effectus reduplicativè, sit etiam virtualiter contentiva, & productiva aliorum, nisi id specificativè raturum intelligatur, unde divina voluntas, quatenus productiva frigoris reduplicativè, non dicitur productiva, vel contentiva caloris, sed tantum specificativè, quatenus ad illimitatam virtutem, que est productiva frigoris, est etiam productiva caloris. Rursus cõcessio probatione illius effectus majoris, nego ad hæc cõsequentiã aliã inde deductã, quod scilicet alii effectus omnes à Deo producibiles esset eque in nostra potestate, sicut ipsi metus nostri liberi, sequitur enim solè, esse omnes in potestate divinæ voluntatis, in qua eque eminenter, & virtualiter continetur, non autem in potestate nostre voluntatis, in qua non omnes virtualiter continetur, sed tantum sui actus liberi; & certè non video, quomodo teneat cõsequentiã ista, hæc virtualis cõtenetia voluntatis creatæ in divina sufficit, ut actus nostri ab ea determinati ab æterno sint nobis liberi, ac in nostra potestate in tempore; ergo patitur alii omnes effectus virtualiter in divina voluntate contenti erant in nostra potestate; quis demens hæc traheret consequentiã, nam eadè ratione sic posset syllogizari; A finis eo quia virtualiter continetur in divina omnipotentiã, potest à Deo produci, ergo patitur A finis potest producere Leonè, quia Leo aequè virtualiter in divina omnipotentiã continetur, ut A finis sic placidè disturrit Auctor ille, si tamen talis argumentatio sit cum distictur, quæ divina voluntas continet eminentiæ, causã secundã naturalem, sicut liberã; si ergo ex illa continetia oritur libertas, etiam effectus naturales à Deo determinati erunt à nobis, & liberi; quis unquã talem adivit consequentiã, si concedatur antecedens, negatur semper consequentiã, cum ex nullo topico loco deducatur, sed ex mero cerebro arguentis, at neque absolute concedi debet antecedens, quia licet æquè continetur eminenter in divina voluntate causa naturalis, & libera, non tamen eodem modo, quia illa continetur modo proportionato fixæ nature activæ, id est, cum determinatione ad unum, at causa libera continetur secundum omnem suam indifferentiã, & inclinationem ad agendum, ratione cujus illimitatè continetia habet divina voluntas, ut queat ab æterno in eandè coincidere determinationem, in qua ipsa incidit in tempore circa hoc, vel illud objectum, cum hæc vel illa circumstantia propositum. Ad Conf. liberè determinat Deus

effectus naturales, sed non modo libero, quia tam concursum paratū, quàm exhibitū habet determinationem ad unū, & eminentiã continetia causæ naturalis in divina voluntate suo etiã modo cõcurrit ad naturalitatem effectus illius, quatenus eam continet non secundum indifferentiã agendi ad utrumlibet, sed cum determinatione ad unum, id est falsum, hæc quod causa tantum secunda faciat naturalitatem effectus, sed enim etiã à prima causã derivatur nempe à modo decernendi, & concurrenti cum causã naturali, qui profus est ab eo, quo decernit effectus liberos, & ad ipsos in tempore concurrat cum causã libera. Ad ult. est unum determinans ab æterno formaliter, id est divina voluntas; at quia ejus determinatio ordine causalitatis non antecedit, sed comitatur determinationem creatæ voluntatis in ipsa virtualiter contentæ, possunt dici duo virtualiter, & gratis concedo, decreta Dei non esse mea, hinc tamen non rectè deducitur, non esse concomitantiam etiam in tempore concursus Dei non est meus, & tamen non benè inferretur etiam in sententiã arguentis, non esse concomitantem, sed antecedentem.

Neque urgentior est alia ratio, quam pro tertia adducebat conclusio ad probandum decretum antecedens, nedium imò tollere, verum etiam coadjuvare usum libertatis nostre; primò negari potest assumptum in sensu, quo eam intendit, & probat, quod hæpè per divinam volitionem constituitur voluntas nostra in esse libero, quia esse liberum in actu primo est prædicatum essentialitè voluntatis nostre, at res creatæ licet quoad existentiam pendeant ex divinis decretis liberi, non tamen quoad essentiam, & prædicata essentialitè, non enim homo dicitur rationalis, quia Deus ita voluit, & decrevit, alioquin tale prædicatum contingens esset, & non necessarium, ita autem essentialitè est voluntati esse potentiam liberam sicut homini esse rationale, quare sicut ex velle Dei non habet homo, quod sit rationalis, ita ex velle Dei non dependet, quod voluntas sit potentia libera; Deinde concessio antecedente adhuc negatur consequentiã, imò potius oppositum inde deducitur, sicut enim ex hoc, quod Deus voluit, voluntatem nostram esse potentiam liberam, non fecit illam principium actuum ad unum determinatum, sed cum indeterminatione, & indifferentiã ad utrumlibet; ita pariter, ut eam faciat liberè operantem, vel operaturam in actu secundo, debet eam exercere modo libero, quare sicut in tempore cum ea concurrat ad communè effectum concurrat simul tamen, & concomitantè ejus actualitè determinationem, non autem concurrat prævio, & physicè prædeterminando, ut arguens ipse in argumentis fatetur; ita neq; ab æterno debet eam prædeterminatè in actu per decretum antecedens, que sit extrinseca determinatio ad unum; tunc enim non decerneret effectus ab ea futurum modo nature suæ proportionato, quia tunc divinum decretum, eo quod esset antecedens usui libertatis nostre, non esset de numero concomitantium actum secundo, sed prærequiriturum ad ipsi, quia spectaret ad rationè causæ in actu primo ante ipsa productione actus; omnis autem res à nobis non liberè posita, sed posita ab alio indepèdenter omnino à libero nostro consensu, si talis esset ea posita non possit voluntas non operari, ac proinde voluntas operetur necessariò ex suppositione talis rei, & in sensu composito cuj talitè, quamvis non tollat in trinisca libertatis potentiam, tollit tamen liberè usum hujus potestatis, quia tunc talis potentia intelligitur protrahere in actu secundo, ut ad unum prædeterminatè in actu primo, ac proinde carè potestatem proxima ad oppositum, quod est operari sine libertate usui expedito, quem ad modum dicitur de Beatis in patris; ac proinde sicut hæc de causa arguens negat voluntatem nostrã actus suos elicere in tempore, ut physicè prædeterminatè, & intrinsecè in actu primo, quia tunc ageret, ut determinatè ad unum, & non cum potentia proxima ad utrumlibet; ita eadè ratione negare debet, quod agit, ut prædeterminatè extrinsecè ab æterno per decretum antecedens omnino usum nostre libertatis; nam semper repugnat, voluntatem nostram exire in actum cum expedito usui libertatis, qui essentialiter importat potestatem proximam ad utrumlibet, & quod exeat, ut prædeterminatè ad unam partem; parumque refert, quod hæc prædeterminatio sit intrinseca, vel extrinseca voluntati, cum æquè impotens sit voluntas ad resistendum uni, sicut alteri, que omnia fusè declarata sunt, & solidè probata disp. 3. art. 3. ubi proinde ostendimus n. 155. hæc rationem petere principium, quod scilicet Deus per decretum antecedens, & efficax faciat nos operari, & liberè operari, quia hoc utique dicitur; sed non probatur; imò hæc esse manifestam implicitantiam, quod Deus ab æterno per decretum efficax nostram libertatem omnino antecedens efficaciter nostram voluntatem extrinsecè ad unum prædeterminatè, ita quod stante tali decreto nequeat proximè in oppositum, & adhuc tale decre-



tum no destruat, sed potius astruat nostrae libertatis usu. Neq; ex eo quod divinum decretum ponatur concomitans, & non antecedens, sequitur, voluntate nostram independentem ab alio operari, ac se determinare, quia etiam in tempore concursus Dei ponitur simulaneus, & non praevius in causam, ut arguens concedit, nec tamen inde sequitur, voluntatem nostram independentem a Deo operari, quia ut Doctor docet 2. d. 37. V. cu simulatit naturae, & in quofat prioritas hoc edēctie, & a quo.

Deniq; in responsione ad argumentum, quod proponit pro concomitantia divini decreti, ostendit arguens, non satis percipere, quid intelligatur nomine decreti, nec capere, quid intellexit Vulpes per concomitantiam decreti, decretum enim Dei respicit res contingentes, non vero necessarias, neque ex decreto Dei attendunt res possibilitatem suam, sed solam futurationem, vel absolutam, vel conditionatam juxta naturam decreti: quomodo ergo in assignando secundo membro pro distinguendo consequente, inquit, supposito decreto, quod sint possibiliter tantum nego, cum rerum possibilitas omne prorsus divinum antecedit decretum; item si divinum decretum, ut immediate subterit, continet nostrum, & habet ex hac contentiam, ut simul cum nostro coincidere possit, jam non amplius erit decretum antecedens, sed concomitantiam divini decreti aliud non intelligimus, quam praefatam coincidentiam, quae nullatenus fieri potest, nulla prorsus habita ratione determinatiōnis nostrae in tempore futuri, ac proinde haberi nequit per decretum omnino consensum nostrum antecedens, falsum tamen est, divinum decretum ex ipso habere ut simul cum nostro coincidere possit, quia hoc in tantum a nobis divinae adscribitur voluntati, quia nostram continet voluntatem secundum omnem suam indifferentiam, & modum agendi in quocunque rerum ordine constitutam, quam contingentiam cum tali illimitatione divini decretum ex se habere non potest, cum de se sit determinatum ad unum, & determinate respiciat voluntatem in hoc, vel illo rerum ordine constitutam; quare potius arguens reducere debet ad bonum sensum suam opinionem de decreto antecedente, vel potius eam corrigere, tribuendo contentiam eminentialem voluntatis nostrae secundum omnem suam indifferentiam divinae voluntati, utpote quae habet rationem primi liberi, & est infinita in genere potentiae volitive; non autem divino decreto, veritas vero responsiones, quas affert hic Auctor in eo contro. ex Thomistis, ut Scotistis ab eo componat, ad argumenta impugnatia decretum antecedens Thomistarum, jam satis confutavimus disp. 3. q. 3. ubi videbis, totam doctrinam a nostro Auctore adhibitam in suis solutionibus esse ex Thomistis desumptam, ejusque praecipua argumenta esse ex P. Sghemma desumpta, quae & ibi fuerit soluta ar. 8. & 9.

Examinatur Controversia 17. ejusdem Recensitoris,

72 Roponit deinde idem Auctor suam Controversiam 17. sub hoc titulo An determinatio divina, seu praedestinatio inserat libero arbitrio necessitatem, in quo titulo, ut vides, confundit divinam determinationem cum praedestinatione, cum tamen certum sit, illam latius parere, quam istam, quandoquidem divina determinatio ad omnes prorsus effectus futuri se extendat, praedestinatio vero proprie dicta solet ad Patribus, & scholasticis Doctoribus usurpari pro electione ad gloriam, vel ad gratiam, ut dicemus disp. seq. & rursus ex hoc titulo constat, hanc nedom non esse controversiam inter Scotistas, quorum compositio est auctoris illius unicus scopus, sed neque etiam inter Catholicos, omnes liquidem juxta eorum principia negativam acertime tuerentur partem contra Haereticos oppositum sentientes.

Primo autem pro resolutione Controversiae notat ab initio ex Scoto p. d. 39. I. duplicem esse necessitatem, consequentis scilicet & consequentis; necessitas consequentis est, quando antecedit esse causa necessaria consequentis necessitate causae, illudque consequens necessario causatur, ut si ignis agit in lignum caliditate, ergo lignum necessario calefit, consequens est necessarium antecedente necessitate consequentis, quia necessario causatur ab antecedente; necessitas vero consequentis est, quando antecedit necessitatem inferre consequentis, non tamen necessario causatur, sed contingenter ut dicitur homo currit, ergo movetur, hoc consequens necessario inferitur, & est necessarium necessitate consequentiae, non vero consequentis quia in se est contingens, quia sicut homo contingenter currit, & potest non currere, ita movetur contingenter, & potest non moveri. Verum hic Auctor in explicatione duplicis necessitatis consequentis, & consequentiae nimis aperte Scotistas decipit, nam eam distinctionem utiq; sumit ex Scoto, sed explicationem ex Thomistis, omittendo germanam, quam Scotus

assignat, ibidem inquit in m. quod iste propositio, animal currit, si homo currit, est necessarium, secundum quod conditionalis est, est distinguenda, secundum quod necessarium potest dicere necessitatem consequentis, vel consequentis; primo modo est vera, nam sensus est, quod si homo currit, necessario sequitur, quod animal currit, vel sensus est, quod illa consequentia est necessaria, homo currit, ergo animal currit; si secundo modo est falsa, nam sensus est, si homo currit, hoc consequens est necessarium, scilicet animal currit, quia sensus est falsus, quia animal currit semper est contingens, ita enim, aliquam consequentiam esse necessariam, cuius tam antecedens, quam consequens sunt contingentia; quare Doctor ibi per necessitatem consequentis intelligit necessitatem absolutam alicujus propositionis, in se consideratae absque eo, quod ab alia deducatur, & est, quando praedicatum necessario convenit subiecto simpliciter, & absolute loquendo, & non tantum, quia ex alio deducatur, per necessitatem vero consequentiae intelligit solam necessitatem illationis, & ex suppositione alicujus antecedentis, ex quo necessario sequitur alia propositio, etiam in se sit contingens, si homo currit, homo movetur, quae proinde necessitas non est absoluta, & simpliciter, sed solam respectiva, & ex suppositione, quae est trita, & communis explicatio duplicis hujus necessitatis apud Logicos, & apud nostros Scotistas Lichei p. d. 39. Tarasti, ibidem Tromb. q. de praescientia Dei art. 2. Rad. p. 1. contr. 30. in fine, & alios passim, sic etiam adumsum explicat D. Bon. p. d. 38. ar. 1. q. 1. in corpore. Stante autem hac explicatione necessitatis consequentis jam constat, posse dari talem necessitatem, etiam quando antecedens non est causa necessaria consequentis necessitate causae, ut v. g. si dicamus, homo est discursivus, ergo est risibilis, Angelus est intellectivus, ergo est volitivus, in istis discursibus propositio ex antecedenti deducta est necessaria necessitate, nedom consequentiae, sed etiam consequentis, quia praedicatum simpliciter, & absolute convenit subiecto, & non tantum ex suppositione illius antecedentis, neque etiam hoc consequens sequitur ex antecedente, ut ex sua causa necessario causante, calor sequitur ex igne, quia hoc risibilitas oritur a discursu, nec volutas ab intellectu, ut a causa physica, vel metaphysica, sed ad summum inter se ordinantur in ratione plurimum effectuum ab eadem communi causa promanantium, unde discursus illi tenent per locum a concomitantibus, non vero per locum a causa ad effectum; non ergo bene describitur illi necessitas consequentis ab eo auctore, neque ad mentem Soti in loco ab ipso citato, alioquin nullum consequens necessarium necessitate consequentis deduci posset, nisi per locum a causa ad effectum, & tamen etiam a posteriori ab effectu ad causam trahi potest consequens sic necessarium, ut in demonstratione quia.

Secundo resolvit quae sit propositio tribus conclusionibus; prima conclusio est, divinam determinationem, seu praedestinationem non imponere libero arbitrio necessitatem consequentis, seu absolutam, quam probat, primo quia divinae determinationi ita res subsumit, sicut sunt in seipsis formaliter, & intrinsece, cum non variet eam naturas, sed res sunt in se intrinsece contingentes, & non necessitae, ergo &c. Insuper divina determinatio de aliqua re non potest talem importare necessitatem, quia illam determinat per voluntatem, & liberet; ergo nequit illa determinatio necessitatem absolutam rei determinate imponere, causa enim liberet causans non potest facere effectum necessarium. Bona conclusio contra Haereticos, sed mala utraque probatio, prima quidem, quia neque Haereticus dicitur, efficacia divini decreti tollere naturam causae liberet, sed tantum impedire usum libertatis ejus expeditum, quia per decretum praedictum antecedens ordine causalitatis praedeterminatur extrinsece ad unam partem; sed prima probatio sicut dicitur tantum divinum decretum non destruit naturam intrinsecam causae liberet, ergo non est sufficiens contra Haereticos, adversus quos primam hanc statuit conclusionem, major conceditur ab Auctore in probatione secunda conclusionis, minor constat ex ipso suo argumento, male quoque est secunda probatio, quia salva libertate tantum causa prima, non secunda, ut dixi disp. 3. q. 3. ar. 3. m. 156. quid enim refert ad libertatem meam, quod Deus me omnino antecedenter ad meam determinationem praedeterminet ad alteram partem per suam voluntatem, & liberet, nam ipse utique liberet me praedeterminabit, sed interim ergo operabor necessario, & sine usu libertatis, quia in actu exibo praedeterminatus antecedenter ad alteram partem, quare concessio antecedente negatur consequentia, ad cuius probationem distinguo propositionem illam; causa liberet causans non potest facere effectum necessarium, ex ea parte, quae procedit ab ipsa, concedo, ex parte, quae procedit ab alia causa secunda sibi subor-

subordinata, & quam praedeterminavit ad alteram partem, nego, videmus enim, Deum liberet cum Sole concurrere ad producendum lumen, & tamen lumen est effectus necessarius, ut procedit a Sole, imo etiam procedit a Deo, licet enim ad ejus productionem liberet concurrat, non tamen per concurrendum ad utrumque partem, sed ad alteram partem determinatum, quo etiam modo concurrerit cum causa libera, si ipsam, vel ejus effectum praedeterminaret ab aeterno ad altera parte, omnino antecedenter ad ejus determinationem tenet arguens.

74 Tertio ponit secundam assertionem dicens, divinam determinationem, & praedestinationem non imponere necessitatem, consequentiam, quam dicit esse Scoti loc. cit. contra D. Bon. & omnes Scotistas quos ibi cit. & probat, quia si divina determinatio, & praedestinatio imponeret necessitatem consequentiae, ergo omnia inevitabiliter evenirent, quatenus scilicet sunt a Deo determinata, & ita praedestinatus inevitabiliter salvaretur, & praescriptus damnaretur, & ita homines non essent exhortandi, nec consolandi, quia de inevitabili non est consolandum, & Ecclesia frustra exhortaretur ad bonum, probatur consequentia, nam praedestinatum, & determinatum a Deo inevitabiliter eveniret, & voluntas inevitabiliter operabitur; quam rationem fuisse prosequitur semper id inculcandum, quod necessitatem consequentiae inferre necessitatem inevitabilitatis, quae etiam doctrina utitur ad solvenda argumenta in oppositum, unde pag. 155. col. 2. in fine ait; quod facta tali determinatione ad Deo non potest amplius voluntas nostra velle nisi id, quod Deus praevideat illa esse voluntatem pro tali nunc, & cum talis determinatio fuerit ab aeterno, & ita immutabilis, hoc necessitatem erit necessitate inevitabilitatis, nec amplius erit in mea potestate permutare sententiam, & facere oppositum contingenter, & liberet Fateor, hoc conclusionem nedom esse contra D. Bon. sed etiam contra Scotistas omnes, quos omnes simul, & in solidum non semel impetit Auctor ille, ut super omnes apparet in Scoti Intelligentia, ejus tamen argumenta semper procedunt ex prava temeritate intelligentia, ut mox constabit, nedom nedom est contra Scotistas, sed etiam contra alios omnes Scholasticos, imo, & Patres praesertim August. & Anselm. cit. disp. 3. q. 3. art. 6. docentes necessitatem consequentiae cum usu libertatis optime coponi, praesertim si fuerit ex suppositione concomitantis, & non antecedentis, non video tamen, quo loco Scotus hanc absurditatem nec etiam per umbram indicaverit potiori in ea contr. 17. e. hic auctor Scotum bis d. p. 39. & postea d. 40. at nullibi in his locis unquam dixit, divinam determinationem, vel praedestinationem non inferre necessitatem consequentiae, imo distulit totum oppositum perpetuo docuit, nam in primo loco d. 39. in corpore declarando, quomodo contingentia rerum, & nostrae libertatis usus stet cum efficacia divini decreti, & certitudine ac immutabilitate divinae praesentiae, quam ab ipso auspicatur, obijciendo, quod haec necessitatem inferret voluntati, & auferant potentiam tam logicam, quam physicam ad oppositum, quia omne quod est, quando est, necesse est esse ex se, peribet in se, sed contra, respondet, per hoc probati solum, quod inferat non necessitatem consequentis, sed solam consequentiam, quam ait stare cum contingentia, quem ipsum locum adducit hic Auctor in notabili suo primo, ubi etiam fateatur, necessitatem consequentiae contingentiam non tollere, unde nescio, quomodo id postea adeo mordicus neget conclusio, secunda, & tertia absquillo prorsus fundamenta; Deinde in fine d. 39. §. ad primum pro 3. opin. id ipsum clarissime docet dicens Boetius exponi se ibidem, statim immediate post distinguunt de necessitate consequentis, & consequentiae per hoc concedo, quod contingentia relata ad divinam scientiam (idem intellige de divina determinatione, a qua divina praesentia sua sumit certitudinem) sunt necessaria necessitate consequentiae hoc est ipsa consequentia est necessaria, si Deus scit illa esse futura, illa erunt, non tamen sunt necessaria necessitate absoluta, nec necessitate consequentis, nec quoque clarioribus verbis potuerit exprimere Doctor divinam determinationem, & praesentiam inferre necessitatem consequentiae, non consequentis, plane qui haec verba non intelligit, hebeti omnino est ingenio, & cerebro prorsus inverso a natura imbutis, At negetur illud id negavit p. d. 40. imo d. 39. c. 3. c. 3. m. 156. quid enim refert ad libertatem meam, quod Deus me omnino antecedenter ad meam determinationem praedeterminet ad alteram partem per suam voluntatem, & liberet, nam ipse utique liberet me praedeterminabit, sed interim ergo operabor necessario, & sine usu libertatis, quia in actu exibo praedeterminatus antecedenter ad alteram partem, quare concessio antecedente negatur consequentia, ad cuius probationem distinguo propositionem illam; causa liberet causans non potest facere effectum necessarium, ex ea parte, quae procedit ab ipsa, concedo, ex parte, quae procedit ab alia causa secunda sibi subor-

Neque probatio hujus secundae assertionis melior est conclusione ipsa, quod statim apparebit, si terminos non confundamus cum arguente, ut sui moris est; Scotus quod 16. lit. H, duplicem distinguit necessitatem dicens, potest intelligi una necessitas immutabilitatis, quae excludit posse oppositum succedere ei, quod inest; alia est necessitas inevitabilitatis, quae non solum excludit oppositum posse succedere ei, sed omnino excludit ipsum posse inesse, loquendo de sola prima necessitate. Deus necessario vult, quicquid vult, quia non potest succedere oppositum ei, quod inest; Deinde p. d. 39. ad argumenta 4. quae ait ad p. in divina praesentia non poni necessitatem simpliciter inevitabilitatis, quae absolute non solum excludit oppositum posse succedere ei, quod inest, sed omnino etiam excludit ipsum posse inesse, & tantum, in ea repetiti necessitatem immutabilitatis, quae excludit solum posse oppositum succedere ei, quod inest, non autem absolute posse inesse, & ideo non sequitur, inquit Doct. oppositum non potest succedere oppositum, ergo oppositum non potest inesse; Ecce detectam fallaciam, quae captus est arguens ex prava terminorum intelligentia, nam eo argumento contendit ex necessitate consequentiae, & immutabilitatis, quae est necessitas secundum quid, quae libertatem, & contingentiam non destruit, deducere necessitatem inevitabilitatis, quae est necessitas simpliciter, quae ad argumentum nego sequelam cum ejus probationibus, quod omnia inevitabiliter evenirent, quia necessitas inevitabilitatis non solum negat oppositum esse futurum, sed etiam negat, omnino esse posse, unde necessitas inevitabilitatis non tantum includit necessitatem consequentiae, sed etiam consequentis, & omnem excludit contingentiam ab effectu inevitabilitatis futuro; male igitur arguens ex necessitate consequentiae inferre necessitatem inevitabilitatis, & contra id, quod dixerat in suo primo notabili, non ibi fateatur, necessitate consequentiae non excludere contingentiam, & hic in secunda conclusione contendit, quod inducat necessitatem inevitabilitatis, quae omnem excludit contingentiam, quare sibi constat, & terminos rursus confundit in secunda conclusione, quos in primo notabili discreverat Deinde ut magis pateat, quomodo valeat probatio sequens, Scotus p. d. 39. ab initio ad 1. quae, facit argumentum illud tritissimum, quod stante decreto Dei, & scientia ejus immutabili de futuris, non oportet consisti, & negociari, & §. ad argumenta principalia respondet negando consequentiam, quia licet una pars futuri sit determinata vera ex determinatione extrinseca divina, non tamen ita, quia in potestate causae sit pro illo instanti ponere oppositum, & ista indeterminatione sufficit ad consistendum, & negociandum, unde concludit, quod altera pars sit futura, dum tamen reliqua possit evenire non prohibet consistationem, & negationem, ita Doctor; at stante peregrina nostri Auctoris Doctrina dicere debuisset, hoc non sequi, quia divinum decretum nullam inferre necessitatem, nec consequentis, nec consequentiae.

Hinc responsionem indicat ille dicens, respondent alii, hujusmodi necessitatem consequentiae non tollere libertatem, sed tantum necessitatem, quae facit rem simpliciter necessariam eamque confutat dicens, quod licet talis necessitas non tollat naturam causae liberet, nam cum praedicta inevitabilitate bene stare potest natura, & essentia causae liberet, tollit tamen usum, & indifferentiam exercitii ipsius libertatis, unde licet illud consequens non sit in se necessarium, cum tamen sit inevitabile, non potest non poni in esse, & haec inevitabilitas sufficit ad tollendum hujusmodi usum, & exercitium libertatis. Haec replica tot ferè continet repugnantias, quot verba; inevitabilitas tollit omnem prorsus libertatem, & contingentiam, & non tantum usum ejus expeditum; ergo falsum est, cum ea compositibile esse naturam causae liberet, quae essentialiter consistit in potentia ad utrumlibet, assumptum patet ex his, quae docet Doctor de necessitate inevitabilitatis, quae excludit omnino posse ejus oppositum evenire, quod est inevitabiliter futurum. Deinde si illud consequens, quod ex divino decreto est inevitabiliter futurum ita ponitur, ut non possit non poni, quia est inevitabile, non solum erit necessarium necessitate consequentiae, sed etiam consequentis, & in se; probatur consequentia, quia quod ita est necessario futurum ut non possit non esse, non amplius est in se contingens, quia contingens includit essentialiter indeterminationem de possibili, implicat ergo dicere, aliquid consequens esse inevitabile; & quod non sit in se necessarium, sed contingens.

Quarto ponit tertiam conclusionem dicens, divinam determinationem, & praedestinationem nullam libero arbitrio inferre necessitatem; quae ait esse Scoti p. d. 40. A dicens, quod nostra voluntas per divinam praedestinationem non est confirmata in gratia, quae quod non possit peccare, potest enim, & peccare, & finaliter in peccato perseverare, quod probat, si



divina determinatio, & predestinatio aliquam inferret necessitatem, saltem consequentiam, minueret usum libertatis; patet consequentia, necessitas consequentia in hoc consistit, quod stante antecedente inevitabiliter sequitur consequens, ut stante cursu inevitabiliter sequitur motus; cum ergo divina determinatio fiat pro illo instanti, pro quo causa operatur, imò sit unum ex requisitis, inevitabiliter operabitur, & ita pro tali nunc non erit causa contingens, & libera omnino, & consequenter nunquam, cum tantum sit causa pro tali nunc. Præterea decretum Dei non habet minueret usum libertatis, sed si imponeret aliquam necessitatem, non esset huiusmodi, cum necessitas, quæcunque sit, minuat usum, & indifferentiam libertatis, quia necessitas, & determinatio ad unum, quæcunque sit, opponitur indifferentiæ ad opposita; ergo &c. Hæc conclusio, si ita intelligitur, ut excludat omnem necessitatem libertatis, & contingentem repugnantem, qualis est necessitas consequentis, & absoluta, vera est; si verò ita intelligatur, ut etiam excludat necessitatem consequentiam, tantquam contingentem repugnantem, ut re vera intendit Auctor ille, est omnino falsa; nec eam Scotus intendit in hoc sensu p. d. 40. ubi cum inquit, predestinationem non confirmare predestinatum in gratia, vult dicere, quod non est ex vi predestinationis denegatus concursus ad oppositum, scilicet ad actum peccati, sicut est denegatus Beato in patria, quem profunde ait Doctor carere proxima libertate, seu libertatis usi d. 49. q. 6. s. dico ergo, unde ratione istius potentie proxime ad utrumlibet licet predestinatus possit peccare, & finaliter in peccato perseverare, hinc tamen non sequitur, quin sit infallibiliter perseveraturus in gratia, & necessario necessitate consequentia, quia ut, & ipse concedit in solutione ad p. contra istam certiam conclus. cum in determinatione de possibili fiat determinatio de inesse ad alteram partem, & propter hoc non inevitabiliter evenit, quod futurum est, quia ita evenit, ut absolute posse non evenire. Ad primam rationem negatur sequela cum eius probatione, in qua manifesta involuitur implicanti, quoniam necessitas inevitabilitatis, ut dictum est ex Scoto, omnem excludit contingentiam, quatenus excludit omnino posse esse oppositum ejus, quod est sic necessarium, unde Trombetta q. de præsentia art. 2. in calce eam necessitatem explicat exemplo ignis, qui ita necessitate calidus est, & adeo necessario gradum caliditatis sibi determinat, quod non potest sibi determinare gradum frigiditatis, & idem Doctor quot. 16. cit. eam appellat necessitatem omnimodæ determinationis, quia excludit, tam in determinationem de inesse, quam de possibili; necessitas verò consequentia solum inest determinationem de inesse, & super eam fundatur, & stat eum in determinatione de possibili, ergo falsum est, quod necessitas consequentia consistat in hoc, quod stante antecedente, inevitabiliter sequatur consequens, alioquin omnem excluderet contingentiam contra id, quod statetur arguens in suo primo notabili, unde implicat dicere, quod stante cursu *inevitabiliter sequatur Petrum moveri*, quia ex una parte tribuitur necessitas motui Petri non simpliciter & absolute, quia absolute contingens est, Petrum moveri, sed ex alia parte tribuitur motui Petri eadem necessitas simpliciter, & absolute ex vi illius particule *inevitabiliter*, quandoquidem hic terminus impartat necessitatem simpliciter, & absolutam, & necessitatem consequentem, unde ex prava terminorum intelligentia connectuntur in ea propositione termini invicem incompomibiles neque apud illum probatum Auctorem reperit argens hunc loquendi modum, quod ex hypothesis, quod Petrus currat sequitur, inevitabiliter, ipsum moveri, quia hoc esse idem, quod dicere, quod simpliciter, & absolute loquendo Petrus non possit non moveri, & sit determinatus ad motum, tam determinatione de inesse, quam de possibili.

77. Falsum insuper est, quod in eodem habet argumentum, determinationem divinam esse de numero prærequisitorum ad agendum, quia non antecedit determinationem nostram ordine causalitatis, sed eam omnino concomitatur, & idem non est de requisitis ad actum, sed de concomitantibus ipsum. Ad 2. rationem nego minorem cum eius probationibus, quia necessitas consequentia ex suppositione præsertim concomitatur, qualem nos facimus divinam decretam non minuit, libertatem; ut dictum est d. disp. 3. q. 3. art. 8. & 9. ex Aug. Anselmo, & Boetio, quem citat Doct. p. d. 39. in fine; & falsum est, quod quæcunque determinatio ad unum opponatur indifferentiæ ad opposita, in qua consistit libertas, nam & ipse quoque arguens in solutione ad primam contra hanc tertiam conclusionem concedit ex Scoto p. d. 39. P. & Q. ex vi divinæ determinationis manere nostram voluntatem determinatam ad actum fu-

rum ad determinationem de inesse, sed cum hac determinatione adhuc retinetur in determinationem de possibili, & idem ad hanc libertatem remanere, & ad opposita indifferentiæ, non ergo quæcunque determinatio ad unum opponitur indifferentiæ ad opposita, in qua consistit libertas, alioquin ipsa quoque determinatio de inesse tolleretur talem indifferentiam, sed sola determinatio de possibili, quæ excludit in determinationem ejusdem ordinis, opponitur indifferentiæ ad opposita, in qua consistit libertas.

ARTICULUS SECUNDUS.

Proponitur ratio dubitandi, & quaestum resolvitur. **P**rimo in fine inquit, hanc adhuc concomitantiam divini decreti, quam precedentibus libris, & capitibus strenue defenderat, non fuisse, quia & si per hunc modum habemus, Deum in decernendis actibus liberis nihil decernere voluisse, non habita ratione ejus, quod per voluntatis humanæ libertatem futurum esset, & illud deest, ad quod videtur humanam voluntatem liberè seipsam determinatam, & sic in constituendo ab æterno in Deo isto libero decreto, quo actus humanos liberis effecit, decrevit, optime sevetur humani arbitrii libertas; Tamen semel constituto in Deo hoc eodem decreto efficaci, jam illud non potest amplius immutari, & cum illud de facto antecedat determinationem nostræ voluntatis, que fit in tempore, non est in potestate voluntatis divinum immutare decretum, & sic non est in ejus potestate, ut quod Deus decrevit, non sit futurum, & sic tandem in exercitio, & in facto nulla est hominis libertas, ruuntque omnes Theologorum labores in coëciandam arbitrii libertatem cum divinis decretis, & inquit, hoc esse argumentum illud insolubile apud Cajet. p. 1. q. 22. art. 4. quod non est noum argumentum, sed antiquissimum, & per omnium ora protulit, quod nullas quantumvis ignatus non obicit, & nullis quantumcunque doctus, & eruditus non timet.

Propter hanc difficultatem cap. seq. 24. alium subdit modum conciliandi efficaciam divini decreti cum nostra libertate, quem inter omnes hæcenus excogitatos minorem censet continere difficultatem, magisque idoneum ad excutiendos hominum dubitationes in hac gravi materia; pro quo introducendo supponit omnes actus divinos immanentis sive intellectus, sive voluntatis, prout sunt in Deo æternitate mensurari; deinde in ipsa æternitate intrinsecè non esse neque præteritum neque futurum, sed unicum instans semper manens, & semper præsens, ut communiter Theologi docent; ex quo sequitur, divinum decretum, quatenus verè, & propriè est in Deo, non transire in præteritum, sicut transit humanum decretum, sed esse semper manens in præsentia, & semper ex parte rei esse concipiendum, ut nunc egrediens à divina voluntate, non autem concipiendum est, tanquam sententia quædam, que jam transierit in rem, ut ajunt, iudicatam; & quamvis divina scriptura loquatur de divinis decretis per verbum temporis præteriti dicens, quos præcivit, & prædestinavit, & elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, & alia similia, tamen in rigore sermone aliter loquendum esset, nisi quod divina scriptura uti voluit modo loquendi accommodato nostro modo intelligendi, quam doctrinam ibi probat ex Aug. Beda, Platone, Greg. Nazianzeno, & Eusebio Cesariensi; Unde tandem concludit divinum decretum de actibus humanis liberis secundum rei veritatem non esse concipiendum ad modum sententia definitiva, que jam transierit in præteritum, nam si hoc modo illud concipiatur, vis animus nostri quiescere potest, ut non credat per illud sibi necessitatem imponi in suis actibus; sed concipiendum ad modum sententiæ adhuc pendens quodammodo, neque absolute determinatæ, atque per ipsum liberum hominis arbitrium sit posita in esse, & in actu omnia que per ipsum pont debent, quam ait esse opinionem D. Bon. p. dist. 40. art. 2. q. 1. ante finem, & Scoti p. d. 40. ad 1. atque ut talem amplectitur Fabr. 1. disp. 44. cap. 5. n. 50. & disp. 50. cap. 2. n. 29. & seq. & passim adhibet ad solvendas difficultates in hac materia incidentes.

Movetur autem Fabr. ad hunc dicendi modum sequendum, ut Scoticum, ex eo, quod Doctor p. d. 40. quæst. un. ad 1. prin.

1. prin. solvere volens difficultatem propositam supra, ut eam materie prædestinationis, quod scilicet prædestinationis est æterna, & præterita, & Deus est immutabilis; ergo prædestinationis non potest damnari, sed necessitati, & absque ulla libertate salvatur ratione divini decreti immutabilis; respondet Doctor, quod hoc argumentum, & similia procedunt ex falsa imaginatione, cujus imaginationis intellectus juvat ad intelligendam veritatem propositæ quaestionis; si enim per impossibile intelligeremus Deum adhuc non determinasse voluntatem suam ad alteram partem, sed quasi deliberaret, utrum vellet istum prædestinare, aut non, bene posset intellectus noster capere, quod contingenter ipsum prædestinaret, vel non prædestinaret, sicut patet in actu voluntatis nostræ; sed quia semper recurritur ad actum voluntatis divini, quasi præteritum, idem quasi non concipimus libertatem in voluntate illa ad actum, quasi iam sit positus absolute à voluntate; sed ista imaginatio falsa est, illud enim nunc æternitatis, in quo est iste actus, semper præsens est, & ita intelligendum est de voluntate divinæ, sive volitione ejus, ut est hujusmodi objecti, sicut si per impossibile nunc inciperet Deus habere velle in isto nunc, & ita liberè potest Deus in nunc æternitatis velle, quod vult, sicut si ad nihil esset voluntas sua determinata; Tunc dico ad formam argumenti, quod prædestinationis hujus non transit in præteritum, licet enim ipsa coexistat præteritis, que transeunt, non tamen ipsa præteritum, si alia præteritum, que coexistit sibi, unde sic dictum fuit d. 9. verba diversorum temporum dicta de Deo, prout verissimè competet sibi, non consistunt partes temporis mensurantis actum illum, sed consistunt nunc æternitatis, quasi mensurans illum actum, in quantum coexistens illis pluribus partibus temporis, & idem est, Deum prædestinationis, prædestinationis, & prædestinationis esse, & ita contingens unum sicut aliud, quia nihil est, nisi nunc æternitatis mensurans illum actum, quod nec est præsens, nec præteritum, nec futurum, sed coexistens omnibus istis; hæc Doctor ibi. Ex qua Scoti doctrina colligit Fabr. suum concordandi modum liberum arbitrii cum divino decreto, quia divina prædestinationis non transit in præteritum, idem variari, ac mutari potest pro meritis, ac demeritis nostris, adedut ille, qui in aliqua temporis differentia est prædestinatus potest in alia temporis differentia esse reprobatus, & e converso; quando enim est in gratia, tunc est prædestinatus, quia ordinatus ad vitam æternam; quod autem est in peccato, tunc est reprobatus, quia ordinatus ad penam æternam, & quia in potestate cujuscuque hominis in hac vita existentis est mereri, & demereri usque ad extremum vitæ, idem in potestate ejus est facere se de numero prædestinatorum, vel reprobatorum absque ulla Dei mutatione, vel sui actus, & ratio est, quia cum Dei actus sit unicus, & simplicissimus, ipso manente immutato potest varios effectus causare, unde eodem actu Petrum prædestinat, quando est in gratia, & reprobatur, & eodem actu ipsum reprobatur, quando peccat; quod fit, ut transitiones, & mutationes cadant super objecta secundaria, non autem in actum divinum. Hinc num. 36. inest, prædestinationem, & reprobationem nostram variari in tempore pro meritis, & demeritis nostris, & num. 53. in fine, Deum modò prædestinare Petrum, modò reprobare pro diverso statu, & operationibus Petri, & sic dici posse, Deum mutari, imò habere diversos actus, & tamen certissimum est, Deum unico actu omnia ad extra facere.

Hic examinare non intendo propositiones istas de divina prædestinatione, & reprobatione à Fabrò prolata, quod nempe sit in potestate hominis facere se de numero prædestinatorum, vel reprobatorum, quod prædestinationis, & reprobationis nostræ variatur in tempore pro meritis, & demeritis nostris, quod possimus dicere, Deum mutari, imò habere diversos actus &c. quæ propositiones, & alie, quas habet in ea disput. 56. adeo manifeste sonant, ut fuerit Auctor coactus illas declarare, & ad sensum tolerabilem reducere in quadam pagella in finem illius tractatus de Prædestinatione adiectæ; & quidem prima propositio, supposita etiam sententia ipsius, quod Deus in tempore possit aliquid velle de novo, satis falsa convincitur ex ipso August. testimonio, quod pro se adducit num. 37. ex lib. 6. Hypogonisticon in fine, pro invicem oremus, in conspectu Dei nos humiliter dicentes, fiat voluntas tua, ipsius erit potestatis iudicium nobis debet mutare damnationis, & gratiam prædestinationis indebitam prærogare, ex qua August. auctoritate convincenter deducitur, non esse potestatis hominis facere se de numero prædestinatorum, vel reprobatorum, ut ait Fabr. num. 26. sed potestatis Dei; unde illa quoque sententia, quæ passim Augustinus tribuitur, licet apud ipsum non inveniatur, si non es prædestinatus, fac, ut prædestineris, *Mastri in sent. Tom. I.*

non ita legitur apud probatos Auctores, quasi sit potestatis hominis se facere prædestinatum, sed ita legitur, si non es prædestinatus, ora Deum, ut prædestinetur, ut potestatis sit Dei prædestinare, sicut videre est apud Pennotum sic eam referentem cap. 24. cit. nu. 3. in fine. Hic igitur tantum demonstrare intendo, quod licet hæc sententia de variabilitate divini decreti per solam mutationem creaturæ, & sine ulla mutatione Dei, satis apta videatur ad quietandas simplicium mentes, & pro vulgi capacitate, unde, quandoque ego ipse in concionando ipsam adhibui, attamen apud sapientes divina mysteria altius perferuntur, & quomodo decet divinam majestatem, nullum potest habere locum, cujus rei inditium est, quod cum Theologi nostræ ætatis acriter adeo de hac materia disseruerint, & valde diligentius, quam antiquiores, ad extirpandas Calvinianas, & Lutheranas hæreses avo nostro extortas circa humanam libertatem, & præfatum modum conciliandi cum efficacia divini decreti indicium viderint apud Scotum, & Bonav. locitæ, ac etiam apud D. Thomam p. d. 39. art. 1. quæst. 6. de veritate art. 3. ad ultimum, nullus tamen illorum eum adhibuit, & in alio sensu præfatos Theologia Procere intellexerunt, hoc, inquam, inditium est evidens, hunc conciliandi modum libertatem nostram cum divinis decretis nullum proferas habere fundamentum, & eam habere infirmitatem, quam ejus Auctores tribuunt divino decreto, quomodo autem propositiones ille inveniunt, esse in nostra potestate electos fieri, debeant explicari, dicemus infra disp. 5. num. 192. & 255.

Primo itaque ostendo hunc dicendi modum nullum in via Scoti habere fundamentum, ex variis suæ doctrine locis; & primo quidem ex illo eodem loco, unde cum deducere præteritum Fabr. p. dist. 40. quæst. un. ibi namque s. ad istam quaestionem, inquit, ex hoc dico, quod Deus contingenter prædestinat illum, quem prædestinat, & potest non prædestinare, non simul ambo opposita, nec successiva, sed utriusque diversim in instanti æternitatis, igitur Deus de mente Doctoris libere contingenter prædestinat, quia in instanti æternitatis, sicut prædestinavit Petrum, potest autem prædestinare, non autem quia potest ipsum non prædestinare successivè, postquam semel eum prædestinavit ab æterno, ut ait Fabr. quia tunc Deus mutaretur; Quod adhuc claritè explicat Doctor ibidem, exponendo sensum divinum, secundum quem prædestinatus dicitur posse damnari, & loquens; in sensu autem divisonis sunt due categoriæ, & enunciatur de persona aliqua beatificabili, una categorica esse prædestinatum, & in alia posse damnari, & ista duo sunt vera de eodem subiecto, nec ita vera, quod simul possint esse opposita, nec etiam quod unum possit succedere alteri, quia in æternitate est utrumque, sed vera simul, in quantum volitio divina consideratur, ut prior naturaliter transeat ipsius super illud obiectum, quod est gloria ipsius, in illo priori naturaliter non repugnat sibi esse oppositi obiecti, imò possit esse aequaliter oppositi, licet non simul ambo, ita Doctor; ex quibus verbis constat, quomodo est liberum Deo ex æternitate hoc velle, vel nolle, ut consideratur ejus volitio, ut prior naturaliter transeat suo super hoc vel illud obiectum, sed postea transitur divina voluntas supra Petrum ex æternitate, quamquam in Deo sit libera facultas ad oppositum, nunquam tamen oppositum succedet, nec ad illud Deus habebit actum, quia velle, ac decretum Dei est immutabile, & immutabilitas licet non neget potentiam ad actum oppositum, negat tamen oppositum posse succedere ei, quod inest; ergo si ex æternitate Deus prædestinavit Petrum, nunquam oppositum succedet, licet succedere possit. Et in eadem quæst. ad 2. inquit, quod voluntas creata non potest impedire ordinationem divinæ voluntatis, nam impedire esset, si statet propositum divinæ voluntatis, & oppositum eveniret per voluntatem creatam, hoc autem est impossibile, quia sicut voluntas creata potest mereri suam damnationem, ita etiam potest comitari sequi, quod voluntas divina non præordinaverit ipsum ad gloriam, unde dictum est dist. præced. in solutione primi argumenti ad 2. quæst. quod Deus non potest falli, quia non potest stare in intellectu ejus respectu actus cum opposito illius, quod intellexit, ita non potest impediatur voluntas ejus, quia non potest stare ordinatio sui cum opposito ejus, quod ordinavit, ita Doctor; Quibus verbis ostendit, voluntatem creatam non posse impedire ordinationem divinæ voluntatis; & cum ordinatione divinæ voluntatis non posse stare oppositum illius, quod ordinavit, & quod sicut aliquid potest mereri suam damnationem, ita stare potest comitari, quod Deus non præordinaverit ad gloriam; sed postea præordinatione